



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Et Honestate Canonicorvm, Et Aliorvm  
Ecclesiasticorvm Specvlvm**

**Langhe-Cruys, Johan**

**Duaci, 1587**

In sermone dicendam veritatem, & mendacium fugiendum esse. cap.xxv.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63733](#)

displacet, quod illo ordinante erga nos agitur, cui non  
nisi iustum placet. Si igitur iusta placere Deo scimus, *Pati nisi qua-*  
*pati autem nisi quæ Domino placuerunt non possumus: Domino pla-*  
*ciuta sunt cuncta, quæ patimur, & valde iniustum est, si*  
*de iusta passione murmuramus. Deinde sciendum est,*  
quod plerumque euenire patientibus solet<sup>a</sup>, vt eo quidē  
tempore, quo aduersa patiuntur, vel contumelias audiunt,  
nullo dolore pulsentur, & sic patientiam exhibeant, vt  
custodire etiam cordis innocentiam carent. Sed cūm  
poli paululum hæc ipsa, quæ pertulerint, ad memoriam  
reuoçant, igne vehementissimi doloris instigantur, ar-  
gumenta vltionis inquirunt, & mansuetudinem, quam  
toleratæ habuerunt in retractatione, & recordatione sua  
semetipos diiudicantes perdunt. Ille ergo veraciter pa-  
tientiam seruat, qui & ad tempus aliena mala sine dolo-  
re tolerat, & hæc eadem retractans pertulisse se talia ex-  
ultat, ne bonum patientiæ quietis, & pacis tempore pe-  
reat, quod in perturbationibus custoditur.

In sermone dicendam veritatem, & mendacium fugien-  
dum esse.

C A P. XX VI.

**A**D sermonis honestatem, de qua haec tenus egi-  
mus, infuper requiritur, vt in eo veritas sit, & nō  
mendacium. Quoties enim aliquid aut dicimus,  
aut loquimur, vt Cicero inquit<sup>b</sup>, toties de nobis iudica-  
tur. Nam interpres mentis nostræ est ipsa oratio, verbis  
quidem discrepans, sententiis congruens<sup>c</sup>. Hinc & vul-  
go dici solet: Qualis vir, talis oratio. Itaq; in primis pro-  
uidendum, ne sermo vitium aliquod indicet nostris ineffe-  
moribus, quod maximè tū solet euenire, cūm studiose  
de absentibus detrahendi causa, aut maledicē, aut per ri-  
diculum, aut seuerè contumelioseque dicitur<sup>d</sup>. Charon-  
das Tyrius dixisse legitur<sup>e</sup>, vt honestatem, ac veritatem  
quisque colat, turpitudinem atque mendacium oderit:  
nam hisce notis virtutis, & malitia discernuntur. Quare  
statim à pueris assuefacere oportet, castigando quidem  
mentiendi studiosos, veritatis autem, amando, Idcirco,  
vt Cicero refert<sup>f</sup>, quæ poena à diis immortalibus periu-  
ro, hæc mendaci constituta fuit. Non enim ex pæctione  
verborum quibus iusurandum comprehenditur, sed ex  
I perfidia,

*Pati nisi qua-*  
*pati autem nisi quæ Domino pla-*  
*ciuta sunt cuncta, quæ patimur, & valde iniustum est, si*  
*de iusta passione murmuramus. Deinde sciendum est,*

*a Greg. Hom.*  
*35. in evang.*

*Quis vere pa-*  
*tientia seruat,*

*b i. de oratore.*  
*c Cic. i. de le-*  
*gitib.*  
*Qualis vir,*  
*talis oratio.*

*d Cic. i. lib. of-*  
*fic.*

*e apud Steph.*  
*Bellengardum*  
*in senten. vo-*  
*lum.*

*f Pro Roscio.*  
*Mendaci &*  
*peristro eadem*  
*est pæna consti-*  
*tuta.*

perfidia, & malitia, per quam insidia tenduntur deos immortales suos irasci, ac succensere consuebat. Quocirca & Persa liberos suos in prima aetate iustitiam colere aequum ab iniquo discernere, cipue autem verum dicere. Utinam autem tam fuisse Christiani hoc tempore in suis erudiendi libenter. Sed nunc propter dolor, cum Isaia Propheta<sup>a</sup> exclamavit: Corruit in plateis veritas, & aequitas non potest ingredi. Et facta est veritas in obliuione. Et cum David Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, niam diminuta sunt veritates a filiis hominum. Et Zacharia Propheta<sup>b</sup>: Loquimini veritatem vniuersalem cum proximo suo: veritatem, & iudicium pacis iustitiae in portis vestris, & vniuersisque malum contra amicum ne cogitatis in cordibus vestris, & iuram eum dax ne diligatis. Omnia enim haec sunt, quae oddi Dominus.

Et utinam a Rege nostro Philippo Catholico natus suas prouincias inferioris Germaniae dici, & dari cum Iustiniano Imperatore posset cum effectu bermus omnes violentias, & omnem auaritiam etiatis & iustitiam, ac veritatem restaurari, ac reseruari. C. prefect. pretor. A. sic.

Inueterata consuetudo refutationi indecende possim opponitur. e. qui contemptus temp. a. diff. 8. f. Ioan. 14. g. c. consuetudo. d. diff. h. 3. Hesd. 3. & 4.

potissimum ad reformatum depravatos Canonos & aliorum ecclesiasticorum mores, allegatur, operatur inueterata consuetudo. Quare hodie abusumur iudicatores, & excusatores meminisse velim a D. Augustino scriptum esse<sup>c</sup>: Qui contempta veritate presumunt studinem sequi, aut circa fratres inuidus est, & cognitus, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum ingreditur, in inspiratione cuius Ecclesia eius instruitur. Nam minus in euangelio<sup>d</sup>: Ego sum, inquit, veritas. Non ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata consuetudo veritati. Et D. Cyprianus<sup>e</sup>: Consuetudo veritatis, que apud quosdam irreperatur, impedit non de quo minus praeualeat veritas, & vincat. Nam consuetudo veritatis, vetustas erroris est. Propter quod religio sequitur veritatem, scientes quia apud Hebreos veritas vincit, ut scriptum est<sup>f</sup>: Veritas valet, &

leicit, & viuit in æternum, & obtinet in secula seculorū. Atque huius sententiam secutus D. Gregorius Papa<sup>a</sup>: Si, inquit, consuetudinem fortasse opponas, aduertendū ellī, quod Dominus dicit: Ego sum via, veritas, & vita. Non dixit: Ego sum cōsuetudo, sed veritas. Et certè, vt B. Cypriani vitam sententia, quælibet consuetudo quantumvis veulta, quantumvis vulgata veritati omnino est postponenda: Et vñus, qui veritati est contrarius, est abominandus. Quo pertinet & illud D. Augustini<sup>b</sup>: Frustra qui ratione conciuntur, consuetudinem nobis obijciunt, quasi consuetudo maior sit veritate, aut non sit in spirituualibus secundum quod melius à Spiritu sancto reuelatum est. Hoc planè verū est, quia ratio, & veritas consuetudini præponenda sunt. Sed si consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri. Mala autem consuetudo, vt Nicolaus Papa rescripsit<sup>c</sup>, non minus, quam perniciosa corruptela abiicienda, & vitanda est; que nisi citius radiciter euellatur, in priuilegiorum ius ab impiis assumentur. Et incipiunt prauaricationes, & variae præsumptiones celerrime non compressæ pro legibus venerari, & priuilegiorum more perpetuo celebrari.

Quare omnibus ecclesiasticis Prælatis vnicē danda est opera, vt quam citissimè radiciter euellatur ex ipsorum ecclesiis consuetudines rationi, & veritati contrarie, vel decreis SS. concilij Tridentini non conformes. Et non timeant eos, qui occidunt corpus, ne forte propter timorem mortis, vel rebellionem, aut contradictionem suorum subditorum, non libere audeant dicere, quod illis ex concilio Tridentino iniunctum est. Siquidem non solum ille proditor est veritatis, vt D. Chrysostomus inquit<sup>d</sup>, qui transgrediens veritatem palam pro veritate mendacium loquitur; sed etiam ille, qui nō libere veritatem pronuntiat, quam libere pronuntiare oportet; aut non libere veritatem defendit, quam libere defendere cōuenit, proditor est veritatis. Et D. Augustinus<sup>e</sup>: Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat, quia magis timet hominem, quām Deū. Vt teneat autem reus est, & qui veritatē occultat, & qui mendacium dicit. Quia & ille professe nō vult, & iste nocere desiderat. Nemo vero peritorum aut prudentium putes,

Iij quod

*Veritas imma-  
leicit, & viuit  
in æternum.  
a in c. si con-  
suetudinem d.  
diff. 8.*

*Qualibet con-  
suetudo veri-  
tatis est peccato-  
nenda.*

*b in c. fratera.  
d. diff. 8.*

*Ratio, & ve-  
ritas consue-  
dini præponen-  
da sunt.*

*Consuetudo  
quatenus fer-  
uanda.*

*Mala consue-  
tudo propræ-  
legio ab im-  
piis assuratur.  
c in c. mala. d.  
diff.*

*d Hom. 21. in  
Matth. 49 in  
exodite timere.*

*11. q. 3.  
Proditor est  
veritatis, qui  
illam libere nō  
pronuntiat, vel  
non defendit.*

*e in c. quis-  
quis. 11. q. 3.  
Quisquis me-  
tu veritatis oc-  
cultat, irā Dei  
super se premit-  
sat.*

a. c. nemo. II. q.  
 3. Melius est pro  
veritate pati  
supplicium,  
quam pro adu-  
lazione benefi-  
cium.  
 Quando quis  
peruersos soue-  
re dicatur.  
 b. in c. error.  
 d. p. 83.

c. in c. conser-  
tire. d. p. 83.  
 Quae affatio  
carnalis veri-  
tate impedit.

d. c. accusato-  
res vel testes. 3.  
 q. 5.  
 e. Cicer. in Vd-  
tin.

f. 1. lib. offic.  
 Mendaciū diis  
et hominibus  
præ ceteris vi-  
tuis maximè e-  
diosum.

g. Plato de re-  
publ. dial. 2. et 3.  
 h. l. . . c. si cōtra  
daci orum opposita,  
iuris vel vñlit.  
publ. vel per  
mendac. fuer.  
ali. postul.

quod minus sit periculum in verbis lingua mentis  
quam manibus sanguinem fundendo. Melius est  
pro veritate pati supplicium, quam pro adulacione  
fictum<sup>a</sup>. Innocentius vero Papa<sup>b</sup>; error, cui nō reflit  
inquit, approbatur; & veritas cum minime defensio  
opprimitur. Negligere quippe cum possit per  
peruersos, nihil est aliud, quam fouere, nec caret in  
lo societatis occultæ, qui manifesto facinori defensio  
uiare. Cui consonat & illud D. Gregorij<sup>c</sup>: Coele  
videtur erranti, qui ad resecanda, que corrigi debent  
occurrit.

Et studiosè in hisce corrigendis caendum est, ne  
pinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis af-  
veritatem impedit: Amor enim carnalis, & timor  
auaritia plerumque sensus hebat humanos, & pe-  
tunt opiniones, ut quæstum pietatem putent, & pre-  
quasi mercedem prudentia<sup>d</sup>. Tantam semper po-  
veritas habuit (etiam apud ethnicos<sup>e</sup>) vt nullis mu-  
nis, aut cuiusquam hominis ingenio aut arte subuen-  
tuerit. Et licet in causis nullum patronum, aut deli-  
obtineat, tamen per se ipsa defenditur. O magna ve-  
ritatis, que contra hominum ingenia, calliditatem  
tiam, contraque fictas omnium insidias facile pos-  
sit. Sed dolendum, adeo multorum improbitum  
mendaciis depressam esse, vt illius emergenda per  
guia spes refulgeat, cum tamē quod verum, simplex  
cerumque est, id naturæ hominis, vt Cicero docuit  
accommodatissimum. Quapropter Epaminondas  
severus veritatis cultor fuit, vt ne ioco quidem mer-  
sit quicquam. Non enim ignorabat omnium vitiorum  
maximè odiosum, & invisum tam diis, quam homi-  
bus, esse mendacium, tanquam item quādam, & pa-  
ciunturatis.<sup>f</sup>

Quod &c è iure scripto euidenter liquet. Siquidem  
Imperatoribus cōstitutum legitur<sup>h</sup>: Præscriptione m-  
h. l. . . c. si cōtra  
daci orum opposita, siue in juris narratione mendac-  
iua, vel vñlit.  
reperiatur, siue in facti, siue in tacendi fraude pro  
veritatis, non deprecantis affirmatione, datum nudi-  
cognoscere debere; & secundum hoc de causa con-  
ferre sententiam. Et si legibus cōsentancum sacram.

culum, mendax precursor attulerit, careat penitus imper-  
tratis. Et si nimia mentientis inueniatur improbitas,  
etiam severitati subiaceat iudicantis<sup>a</sup>. Vnde & in rescri-  
ptis Apostolicis semper intelligenda est hæc conditio,  
etiamsi non apponatur: Si preces veritate nitantur<sup>b</sup>.  
Præcepit quoque Dominus<sup>c</sup>: Non mentiemini, nec de-  
cipier vñusquisque proximū suum Os enim quod men-  
titur occidit animam<sup>d</sup>. Et abominatio est Domino la-  
bia mendacij; qui autem fideliter agūt, placent ei<sup>e</sup>. Hinc  
David Psalmista<sup>f</sup>: Odisti Domine omnes, qui operantur  
iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium.  
Is autem censetur loqui mēdaciūm, censore D. Augu-  
stino<sup>g</sup>, qui, contra id quod animo sentit, loquitur volun-  
tate fallendi. Et vtique verba propterea instituta sunt, nō  
vi per ea se inuicem homines fallāt, sed vt eis quisque in  
alterius notitiam cogitationes suas proferat. Verbis er-  
gò vt ad fallaciam, nō ad quod sunt instituta, peccatum  
est. Nec ideo vñlum mendacium putandum est non esse  
peccatum, quia possumus aliquādō alicui prodeſſe men-  
tiendo: possumus enim & furando, si pauper cui palām  
datū ſentit commodum, & diues, cui clam tollitur non  
ſentit incommodum: nec ideo tale ſurtum quisquam di-  
xerit peccatum non effē. Nemo mentiens iudicādus eſt.  
Qui dicit falſum, quod putat verūm: quia quantum in  
ipso eſt, non fallit ipſe, ſed fallit; Non itaque mēdaciū,  
ſed aliquando temeritatis arguendus eſt, qui falſa incau-  
tus credit, ac pro veris habet, potiusq; ē contraria quantum  
eſt in ipso, ille mentitur, qui dicit tanquam verūm,  
quod putat falſum. Quantum enim ad animum eius atti-  
net, qui nō quod ſentit, hoc dicit, nō verūm dicit; quam-  
uis verūm inueniatur eſſe quod dicit; nec vñlo modo li-  
ber eſt à mendacio, qui ore neſciens verūm loquitur; ſciens  
autem voluntate mentitur. Non conſideratis itaque re-  
bus ipſis, de quibus aliiquid dicitur, ſed ſola intentione  
diccatis, melior eſt qui neſciens falſum dicit, quoniam id  
verūm putat; quām qui mentiendi animum ſciens gerit,  
neſciens verūm eſſe quod dicit. Et ideo etiam Dominus,  
vt Chrysostomus inquit<sup>h</sup>; Inter iuramentum, & loque-  
lam noſtrā, nullam vult eſſe distantiam. Quia ſicut in  
iuramento nullam conuenit eſſe perfidiām; ita quoque

<sup>a</sup> l. & ſi legi-  
bus, C. d. tit.

<sup>b</sup> c. 2. deſcrip.

<sup>c</sup> Levit. 19. cap.

<sup>d</sup> Sapient. 1.

<sup>e</sup> Proverb. 12.

<sup>f</sup> Psal. 5.

<sup>g</sup> in c. is autē.  
22. q. 2. & in  
enclitid. c. 12.

*Verbis vñ ad  
fallaciam, non  
ad quod sunt  
instituta, pecca-  
tum eſt.*

<sup>h</sup> c. iuramēti.

22. q. 5.

*Inter iuramen-  
tum, & noſtrā  
loquelam nulla  
debet eſſe di-  
ſtantia.*

I iiij in ver-

in verbis nostris nullum debet esse mendacium, et  
trumque, & perjurium, & mendaciū diuini iudicij  
damnatur, dicente scripura: Os quod mentitur  
animam. Ita ut nec artificio mendacio, nec simili  
verbo oporteat quēquam decipere: quia quomodo  
mentitur quis occidit animā <sup>a</sup>. Cūm autem humilitas  
causa mētiris, si non eras peccator antequam mētiri  
mentiendo efficeris quod euitas. Veritas autem  
in te non est, nisi te ita dixeris peccatorem, ut etiam  
cognoscas. Veritas autē ipsa est, vt quod est, dicas.  
Quomodo est humilitas, vbi regnat falsitas <sup>b</sup>? Quo  
non ita caneatur arrogantia, ut veritas relinquatur.

<sup>a. c. nec artifi-</sup>  
<sup>cio. 22. q. 2.</sup>  
<sup>Causa humili-</sup>  
<sup>tatis non licet</sup>  
<sup>eniquam mor-</sup>  
<sup>tiri.</sup>  
<sup>b. c. cum humili-</sup>  
<sup>tatis. 22. q. 2.</sup>  
<sup>c. non ita. 22.</sup>  
<sup>q. 2.</sup>  
<sup>d. epif. 1.</sup>  
<sup>Quales D. Pe-</sup>  
<sup>tri quotidiana</sup>  
<sup>fueri predica-</sup>  
<sup>tis.</sup>

Veritas corde,  
et ore profe-  
renda est.

Os à multo, et  
prauo colloquio  
custodiendis est.  
Sacredotibus  
libenter obe-  
diendum est.

D. verō Clemens Papa & martyr D. Iacobo fuit  
quæ à B. Petro audiisset, & didicisset <sup>d</sup>: Quotidie  
quit, illius prædicatio, inter cætera diuina mandau-  
erat, quam in eius exemplum etiam tibi, frater char-  
me, significare curauit: Bonorum, inquit, operum  
cætera semina, ac negotia sunt, quantum vñusque  
sapit & potest, totius intimi cordis visceribus Deum  
ligere, & proximum velut seipsum. Abnegare se-  
sibi, ut IESVM Christum Dominum nostrum se-  
tur, & nihil eius amori præponere, veritatem cor-  
ore proferre debere, & totam spem suam in Deo se  
committere. Instruebat actus suæ vitæ omni hora  
dire, & in omni loco Deum respicere, firmiter sen-  
gitationes malas cordi suo aduenientes, mox ad  
itum allidere, & sacerdotibus Domini manifestan-  
do suum à multo, vel prauo colloquio custodiendis  
est, quia vana, aut mendacia non loqui; quia os quod men-  
tidit animam. Verba diuina libenter audire, &  
sacerdotibus suis libenter obtemperare, atque obedie-  
re docebat.

An unquam mentiri liceat, et quot mendacij genera.  
C A P. X X V I I.

<sup>e. in c. ne quis.</sup>  
<sup>22. q. 1.</sup>  
<sup>Pro conserua-</sup>  
<sup>da ista vita cœ-</sup>  
<sup>porali, incisen-</sup>  
<sup>dam non est.</sup>

D. VERÒ Augustinus explicans illud Psalmū  
Perdes omnes, qui loquuntur mendacium:  
quis, inquit <sup>e</sup>, arbitretur perfectum & spiritu  
hominem pro ista temporali vita, morte cuius si-  
alterius non occiditur anima, debere mentiri: quoniam